

Fol. I.

IVS EPISCOPVS



seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriā. † In eminenti militantis Ecclesiae specula (meritis licet imparibus) diuina dispositione constituti, & in vniuersam terræ amplitudinem præcipuum obtinentes Principatum, ad ea considerationis nostræ intuitum libenter dirigimus: perque singuli Christi fideles præsertim diuinis obsequijs emancipati semotis litium anfractibus pæcū quā ascensurus in cœlum dominus affectuose reliquit, fruantur. Singule quoque Dioc. quæ propter earum amplitudinē commode † nequeunt à proprijs pastoribus gubernari, per nouas in oppidis populi numerositate insignibus Ecclesiarum plantationes illustrentur: † quod etiam à nobis eo libentius efficitur, quo id animarum saluti conuenit, Catholicorumque Regum vota exposcunt, ac locorum, personarum, & temporum qualitatibus diligenter consideratis, id pro personarum, & locorum eorundem fœlici successu decore, & venustate diuinique cultus augmento conspicimus in Domino salubriter expedire. † Sanè cum inter dilectos filios Osceñ. ex vna, & Beatæ Mariæ oppidi Barbastroñ. Osceñ. Dioc. Capitula ex altera partibus, varie littes, & controversiæ diu super iurisdictione exorte fuerint; & adhuc pendeant indecise. Et propterea vna, & altera illarum partes gravae expensæ subierint. † Oppidum quoq; prædictum Barbastroñ. inter alia partium illarum oppida, tum edificiorum pulchritudine, tum habitatorum frequentia admodum insigne existat † si ab Osceñ. & Illerdeñ. Ecclesijs, necnon Montis Aragonum Sancti Augustini Canonicorum Regularium, & quæ ad præsens certo modo, Abbatum regiminibus destituta esse dignoscuntur. Sancti Ioannis de la Penya, & Sancti Victoriani Sancti Benedicti ordinum, Osceñ. Iacceñ. & Illerdeñ. respective Dioc. Monasterijs, illorumque tam Episcopalibus, quam Abbatialibus, & Cöuentualibus mensis. † De Barbastro, Permisan, Fornillos, Peraltilla, Nuestra Señora del Pueyo, Castellaçuelo, Pozan, Guerta, Castellon del Puente, Figueruela, Enat, Alacan, San Vicente, Montesa, Salas baxas, Salas altas, Crexençan, Guardia, Burceat, Oz, Suelbes, Naual, Costean, Elgrado, Paul, Samitier, Plànpalacios, Mipanas, Abiçanda, Mediano, Siguerre, Morillo de Tou, Cosculluela de Tou, Guaso, Torrezilla, Sieft, Malburguete, Spierlo, Silbes, Abella, Ianuas, Planillo, Sant Felices, Sant Iuste, Liguerre, Vorastre, Aynsa, Boltaña, Labuerda, Sant Vicente, Ascaso, la Vililla, Campodarbe, Murillo, Escalon, Santolaria, Xauierre, Arresa, Giral, Sese, Sant Felices, Semolue, Villamana, Chere, Burgasse, Castellar, Caxol, Ginabel, Campol, Tricas, Lacort, Escalon, Muro, Puyaruelo, Puertolas, Vestue, Velsietre, Espitalet, Buerba, Hieba, Vio, Nerin, Ceresuela, Escain, Buysan, Fan-

lo, Rebulla, Tiella, Viella, Sant Ioan, Gistain, Plan, Serbeto, Señas,
 Sin, Sarabiello, Salinas, Badain, Sant Martin, Benasque, Villanova,
 Ramastue, Olrru, Relespe, Erist, Saun, Chia, Sant Pedro de Tabernas,
 Lesue, Liri, Eresue, Senz, Biu, Barbarruans, Seyra, Sens, Victorian,
 Ceresa, Tordelisa, Osceins, Laspunya, los Molins, Araquest, Pueya,
 Sant Pol, Fosado, Sant Ioan de Toledo, Sant Pedro de Toledo, Caxi-
 gosa, Iarro, Aro, Griebal, Cherbe, Arasanz, Banaston, Foradada, Las-
 cors, Rañin, Muro, Clamosa, Lapenilla, la Aldea, Puy de Cinca, Art-
 sona, Olbena, Voltorina, Secastilla, Vbiergo, Castro, Pallaruelo, Na-
 bazi, Tierrantona, Cauallera, Tierrantona, Formigales, Troncedo,
 nuestra Señora de Brus, Palo, Morillo, las Colladas, Perarrua, Visians,
 Panno, Sant Demetri, Panillo, Torredobato, la Pobla, Xep, Serbe,
 Ansils, Castillon de Sos, Agrasan, Gabas, Sant Martin, Orbiella, Visau-
 ri, Campo, Belueder, Murillo, Viescas, Eret, Esterin, Santamora,
 Torre de Sara, Aguascaldas, Espluga, Oscillas, Torre la ribera, Tor-
 re del Abbad, Obarra, Olduera, Castrocid, Laruy, Visalibons, Bera-
 nui. † Necnon attenta commoditate pro habitatione infra scripti Epis-
 copi Barbastren. ac etiam quia facile fieri poterit, ut Episcopo Barba-
 streñ. prædicto in illis habitando personæ facinorosæ exinde expelli
 possint, qui † ipsi Monasterio Sancti Victoriani temporali dominio sub-
 iacent Graus, & Torres loca, & oppida, & ab Ecclesia Osceñ. quoque
 & illius mensa Episcopali ducenta & octuaginta nouem scuta ad ratio-
 nem decem regalium pro quolibet seuto, † quæ per pro tempore exist-
 entem Episcopum Osceñ. à locis districtus oppidi Barbastren. percipi
 solebant, † ac vnum quinquaginta per dilectos filios dictæ Ecclesiæ
 Beatæ Mariæ Canonicos, † & alius viginti ex oppidi de Aynsa, † ac reli-
 quis censu annui centum, & quatuordecim scutorum similium † ex
 Archipresbyteratu de Sobrarbe dicto Episcopo Osceñ. annuatim solui
 soliti. † Necnon quingenta, quæ pro tempore existens Episcopus Iller-
 den. ex locis prædictis à sua Dioc. modo infra scripto dismembrandis,
 & applicandis. † Necnon septingenta, & quinquaginta, videlicet tri-
 centa quæ in treudis, & quintis, seu quistis, † & quadringenta quinqua-
 ginta quæ in loco de Graus à Sancti Victoriani, † necnon reliqua mille
 & tricentra scuta similia ex quartis, & redditibus Abbatis in Nauarra
 nuncupatis percipi solita à Montis Aragonum Abbacialibus mensis hu-
 iusmodi perpetuo separarentur, & dismembrarentur. † Oppidumque
 Barbastren. huiusmodi in Ciuitatem, & Ecclesiam Beatæ Mariæ hu-
 iusmodi in Cathedram Ecclesiam pro uno Episcopo Barbastren. nun-
 cupando, qui inibi specialis pastor existeret erigeretur, † ac aliàs modo
 infra scripto prouideretur. Ex hoc profecto lites præfatæ cessarent,
 ac Venerabili fratri nostro Episcopo Osceñ. qui propter amplitudi-
 nem, & asperitatem locorum suæ Dioc. illam vix valet (ut opus est) vi-
 sitare, ac dilectis filijs illarum partium populo valde consuleretur.
 † Idque charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis
 Catholici id summopere desiderantis votis plurimum satisfaceret.

† Nos

+ Nos qui dudum inter alia voluimus, quod semper in vniōnib⁹ com-
 missio fieret ad partes vocatis quorum interest lictum, & causarum,
 vt p̄mittitur quo quis modo motarum, & pendentium illarum statum,
 & merita nominaque, & cognomina Iudicium, & collitigantium p̄-
 sentibus pro expressis habentes illasque in eisdem statu, & terminis in
 quibus reperiuntur ad nos harum serie aduocantes, & penitus extin-
 guentes, ac desuper etiam super expensis perpetuum silentium im-
 ponentes habita super his cum Venerabil. fratribus nostris delibera-
 tione matura, & de corum consilio, & vnamini assensu, ac de Aposto-
 licæ potestatis plenitudine eiusdem Episcopi Osceñ. ac Abbatis, seu
 illud in commendam ex concessione Apostolica ad præsens obtinen-
 tis Monasterij Montis Aragonum p̄dicti, necnon de cuius iure pa-
 tronatus Osceñ. & Iacceñ. ac Illerdeñ. Ecclesiæ, necnon Monasteria
 Montis Aragonum, & Sancti Ioannis, ac Victoriani huiusmodi ratio-
 ne Regni Aragonum, & Principatus Cathaloniæ quorum idem Phi-
 lippus Rex, & Princeps respectuè etiam existit, ex priuilegio Aposto-
 lico cui non est hactenus in aliquo derogatū fore dignoscuntur, + p̄-
 23 fati Philippi Regis ad hoc expresso accedente consensu ab Osceñ. + &
 24 sine tamen p̄iuditio dilectorum filiorum Decani, & Capituli, ac
 Vniuersitatis Illerdeñ. si quodius eis etiam Sede Episcopali Illerdeñ.
 vacante in dictis locis, & redditibus competit Illerdeñ. Ecclesijs, nec-
 25 non Montis Aragonum, & Sancti Ioannis de la Peña, ac Sancti Victo-
 riani Monasterijs p̄dictis Barbastren. + ac omnia, & singula alia op-
 pida, & loca p̄fara cum eorum similiis & ceteris, ac Castris, Vil-
 lis, & locis, necnon Clero populo, & personis, ac vassallis, necnon
 Monasterijs, Ecclesijs, & pijs locis, ac beneficijs Ecclesiasticis cum
 Cura, & sine Cura secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ac
 26 mero & mixto imperio, + necnon omnimoda iurisdictione ad Eccle-
 sias, & Monasteria, & illorum mensas Episcopales, & Abbatiales quo-
 27 modolibet pertinentibus, & expectantibus + ab Ecclesia quoque Os-
 ceñ. & illius mensa redditum annum ducentorum, & octuaginta no-
 uem, & vnum quinquaginta, & alium viginti, as reliquum census an-
 nuos centum, & quatuordecim, necnon vnum quingentorum ab Epis-
 copo Illerdeñ. & illius mensa. A Sancti Victoriani vero aliud septin-
 gentorum, & quinquaginta: & à Montis Aragonum Abbatialibus
 28 mensis huiusmodi reliquum redditibus annuos mille, & trecentorum
 scutorum huiusmodi, + quæ omnia in simul summam trium millium,
 vel circa scutorum similium secundum communem extimationem va-
 29 lorem annum constituunt. + Rursus à Decanatu Ecclesiæ Osceñ. cen-
 tum & quinquaginta scuta similia, quæ ipsius Ecclesiæ Decanus pro tē-
 30 pore in oppido de Boltaña, + ac quartum in Nauarra, quod dilecti filij
 Canonici Monasterij Montis Aragonū huiusmodi respectiue annuatim
 percipere solebant, à mensa Cōuentuali dicti Monasterij Mōris Arago-
 nū respectiue autoritate Apostolica, & de Apostolicæ potestatis pleni-
 tudine perpetuo dismēbramus, & separamus, + ac indultū aliās dilectis

filijs Vniuersitati, & hominibus oppidi Barbastren. huiusmodi exigenda, primicias in dicto oppido Barbastren. Apostolica auctoritate concessum, si quod sit reuocamus, † ac nomen, & denominationem Prioratus, & præcentoriz in Ecclesia Beatæ Mariæ huiusmodi consistentes ex nunc, cum primum vero illas, & illos per cessum etiam in manibus nostris, vel decessum illas, & illos etiam in commendam obtinentium etiam apud Sedem Apostolicam, aut alias quibusuis modis, & ex quorumcunque personis etiam in aliquo ex mensibus nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti per constitutiones nostras etiam in Cancellaria Apostolica publicatas, seu literas alternatiuarum priuilegia, & indulta reseruatis simul, vel successiuè vacare contigerit etiam si actu nunc vacent, & tanto tempore vacauerint; quod eorum collatio iuxta Lateraneñ statuta consilia ad Sedem prædictam legitimè deuoluta. Illeque & illi dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruate, seu reservati existant, & adillas & illos consueuerint, qui per electionem assunni eisque cura etiam iurisdictionalis immineat animarum. Super eis quoque inter aliquos lis cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecissa. † Infir mariam, & Cantoriæ Monasterij Montis Aragonum huiusmodi, quæ inhibi officia existunt, ac quæ à Monasterio Montis Aragonum huiusmodi dependent, seu in ipso Monasterio existunt, † vnum de Vxœ, & alterum de Funes, & alium de Gurrea, ac reliquum de Larraga nuncupatos Prioratus perpetuo suppressimus, & extinguimus. † Dictum præterea oppidum Barbastren. in Cimbrarem. & Ecclesiam Beatæ Mariæ huiusmodi in Cathedralem, sub inuocatione prædicta pro uno Episcopo Barbastren. nuncupando, qui ipsi Ecclesiæ crede præsit illamque imperfectam Cathedralis Ecclesiæ formam ordinet, & redigat, Abbates, Prælatos, & alia ad Synodus conuocet, euellat, destruat, planteret, erigat, reædificet, omniaque & singula officia, & iura Episcopalia habeat, & exerceat, † Ecclesia vero Barbastren. Archiepiscopo pro tempore existenti, ac Ecclesiæ Cæsaraugustañ, Metropolitico iure subsit. † Ac in ea vnum Barbastren, alterum vero de Funes nuncupandos Archidiaconatus pro duobus Archidiaconis, uno Barbastren, & altero de Funes nuncupandis. † Ac vnum & vnam pro uno Magistro in Theologia, qui etiam in Ecclesia Beatæ Mariæ huiusmodi sit Lector, & Pœnitentiarius, ac alterum & alteram Canonicatus, & Præbendas pro altero Canonicis decretorum Doctore. † Ita quod illorum occurrente vacatione alijs quam Magistro in Theologia, & Decretorum Doctori præcedente tamen examine iuxta constitutionem fœlicis recordationis Sixti Papæ IIII. prædecessoris nostri, ac Concilij Tridentini decreta conferrine quecant. † Necnon ultra octo portiones, quæ iam in dicta Ecclesia Beatæ Mariæ existunt pro cultus diuini augmento in ea quatuor alias portiones pro quatuor alijs Portionarijs in eadem Ecclesia Beatæ Mariæ, ac Episcopalem dignitatem cum Sede Episcopali omnibusque & singulis Cathedralibus, & Pontificalibus insignis,

insignis, præhementijs, honoribus, priuilegijs, fauoribus, & gratijs
 quibus aliæ dicti Regni Ecclesiæ Cathedrales de iure, vel consuetudi-
 ne viuntur potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere possunt &
 poterunt quomodolibet in futurum, ad Dei laudem, & fidei Catholi-
 cæ exaltationem, auctoritate, & thenore prædictis † etiam perpetuo
 erimus, & instituimus. Oppidumque Barbastreni. Civitatis & Eccle-
 siam Beatæ Mariæ huiusmodi Cathedralis. Incolas † verò, & habita-
 tores pro tempore eiusdem Civitatis Barbastreni. Ciuium nominibus
 decoramus. Ipsique sic eret Ecclesiæ ab illius pro tempore Præsuli
 Civitatem Barbastreni. pro Civitate, & alia oppida, & loca prædicta
 † cum omnimoda iurisdictione illorum ciuili, & criminali, ac mero, &
 mixto imperio, necnon domibus, & districtibus, territorijs, & termi-
 nis, sic ut præfertur separatis, & dismembratis, illorumque Parochia-
 les, & alias Ecclesiæ, ac etiam Monasteria, & Prioratus, necnon re-
 gulares, & seculares personas pro Dioc. Clero, & populo perpetuo
 concedimus, & assignamus. † Statuimus insuper, quod quia ante inhibi
 Prioratus nuncupabatur dignitasque principalis existebat, deinceps
 Decanatus nomen sorciatur sitque dignitas post Pontificalem maior.
 Quæ vero principalis non existebat, † ac Præcentoriæ nomen obtine-
 bat deinceps Cantoriæ nomine decoretur. Illamque pro tempore ob-
 tinens sicut unus de Capitulo dictæ eretæ Ecclesiæ, ac si esset eius Cano-
 nicus. Ut vero Ecclesiæ Barbastreni. singulisque in ea institutis benefi-
 cijs dos debita suggeratur eidem Ecclesiæ Barbastreni. illiusque mense
 Episcopali ^{25. + 1. d. i. a. b. E. - l. a. j. O. f. c. n.} & Illerden. & illa-
 rum mensis, & à Sancti Victoriani, & Montis Aragonum Monasterio-
 rum Abbatialibus mensis per præsentes separatos, & dismembratos
 huiusmodi † Decanatu autem ultra fructus, & alia iura, quæ ante mu-
 tationem status Ecclesiæ Barbastreni. huiusmodi illius Prior Prioratus
 prædicti ratione percipere solebat, quæ ei libera dimittimus centum
 & quinquaginta scutorum similium prius ad Decanatum Ecclesiæ Os-
 cen. in loco de Boltaña percipi solitorum pertinentium. Successive
 † Cantoriæ ultra fructus, & iura ad præcentoriæ ante illius nominis
 suppressionem spectantia, quæ ad dictam Cantoriæ pleno iure spe-
 cttare decernimus aliorum centum ab infirmaria huiusmodi dismem-
 bratorum. † Præterea Barbastreni. vnum ducentorum, & de Funes
 Archidiaconatibus, alterum etiam ducentorum ex fructibus de Funes,
 & Vxœ Prioratum huiusmodi. † Quilibet vero ex Canoniciatibus, &
 Præbendis per præsentes eretis huiusmodi alium similiter ducento-
 rum ex Prioratus de Gurrea, & Cantoriæ Montis Aragonum, ac quar-
 ti in Nauarra, à mensa Conuentuali huiusmodi separatis † fructibus.
 Præterea portionibus per præsentes eretis, alium similiter ducento-
 rum inter illas equis portionibus dividendorum † ex Prioratu de La-
 raga prædicto. Insuper Vicariæ dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ, ut illam
 obtinens decentius se sustentare valeat, aliud triginta scutorum simi-
 lium ex infirmaria huiusmodi. † Postremo ut quatuor ex octo antiqua-

rum portionum ex uno Canonicatu, & una præbenda dictæ Ecclesiæ
 alias suppressis erectarum existentium aliqua habeatur ratio:
 cum illarum fructus adeo tenues existant, vt illarum singularum fru-
 ctus tringa scutorum summam non excedant, eisdem quatuor portio-
 nibus ex uno Canonicatu, & una Præbenda, vt præfertur erectis in si-
 mul & alium ex fructibus dicti Prioratus de Laraga suppressi huiusmo-
 di deducendos annuos redditus octuaginta scutorum similium, & ac
 53 54 primitias Civitatis Barbastren. huiusmodi iusque illas exigendi fabri-
 cae erectæ Ecclesiæ huiusmodi similiter perpetuo applicamus, & appro-
 priamus. & Cæterum vt beneficia in dicta erecta Ecclesia huiusmodi
 55 pro tempore obtinentes coferuentius ipsi erectæ Ecclesiæ deseruant
 Barbastren. & de Funes Archidiaconatus tertiam, Theologales vero,
 & Magistrales Canonicatus, & Præbendas totam. Rursus per præsen-
 tes erectas tertiam, quatuor antiquas ex Canonicatu, & Præbenda, vt
 præfertur erectas portiones huiusmodi pro tempore obtinentes totam
 fructuum eis, & eorum singulis per præsentes applicatorum partem
 ratione distributionum quotidianarum percipere easque aliarum Ca-
 thedralium Ecclesiæ more ipsis consignari, & per præsentes erecta-
 56 rum portionum huiusmodi & collationem, & prouisionem cum de ce-
 tero illas, aut earum alias in mensibus alijs inferioribus collatori-
 bus concessis vacare contigerit, nisi fuerint prædictæ Sedi vigore con-
 stitutioum Apostolicarum etiam in Cancellaria Apostolica publica-
 tarum, vel alias reseruate, aut affecte ad dilectos filios Capitulum Ec-
 57 clesiæ Barbastren. expellere, & portinere. & Fabriæ vero fructus hu-
 iusmodi non nisi per pro tempore existentem Episcopum Barbastren,
 & eodem Capitulum, aut personas Ecclesiasticas ab eis tantum de-
 58 putandas administrari debere. & Omnes insuper appropriationes, ap-
 plicationes, & alia præmissa perpetuo, & cum omni iure, & auctori-
 tate, ac integritate onerum, & emolumentorum quorumcunque qui-
 bus Ecclesiæ, & Monasteria eorumque personas huiusmodi vrebantur
 potiebantur, & gaudebant, etque supportabant, ac uti potiri, & gau-
 dere possent, & supportare deberent in futurum si illa obtinerent fa-
 cas esse, & censi, omnesque actiones, & augmenta, quæ rebus ipsis
 applicatis deinceps fieri contigerit ad Ecclesiam Barbastren. & perso-
 nas, ac Dignitates, & beneficia prædictas in quarum fauorem applica-
 tiones huiusmodi sunt pertinere etiam debere statuimus, atque de-
 cernimus. & Præterea ius præsentandi personam idoneam ad dictam
 Ecclesiam Barbastren. tam hac prima vice, quam quoties illam pro
 tempore quoquis modo vacare contigerit Romano Pontifici pro tem-
 pore existenti, seu Sedi Apostolicæ ad instar dictarum Osceñ. & lac-
 ceñ. Ecclesiæ eidem Philippo, & pro tempore existenti Aragonum
 Regi eisdem auctoritate, & thenore reseruamus, concedimus, & assig-
 59 60 namus. & QVOCIRCA Venerabilib. fratribus nostris Archiepiscopo
 Cæsaraugustano, & Ameriñ. & Urgeleñ. Episcopis per Apostolica
 scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel
 alium,

alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi &
 quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Philippi, & pro
 tempore existentium Aragonum Regis, ac Episcopi Barbastren. & alio-
 rum prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in
 præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos præ-
 missis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere eaque omnia ab
 omnibus quos illa concernunt inviolabiliter obseruari, non permit-
 tentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebito molestari
 contradictores, quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & pœ-
 nas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia (appellatione postposita)
 compescendo legitimisque super his habendis seruatis processibus
 sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus agrauando,
 61: † inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, non
 obstantibus Priori voluntate nostra supradicta, ac nostra de non tol-
 lendo iure quæsito, necnon pix memorie Bonifacij Papæ VIII. etiam
 62 prædecessoris nostri, † qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem, vel
 Diocel. nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ
 Dioc. ad iuditium euocetur, seu ne Iudices à Sede prædicta deputati
 extra Ciuitatem, vel Diocel. in quibus deputati fuerint, contra quoscunque
 procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant,
 63 ac de duabus dietis in Concilio generali edita, † dummodo quispiam
 vltra tres ad iuditium præsentium vigore non extrahatur. Necnon
 Lateraneñ. Concilij nouissime celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus
 à iure permisso fieri prohibentis, ac alijs Constitutionibus, & or-
 dinationibus Apostolicis, ac Osceñ. Iacceñ. Illerden. & Barbastren.
 Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & ordinum præfatorum iura-
 mento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
 64 statutis, & consuetudinibus † ceterisque contrarijs quibuscunque, aut
 si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod
 interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Aposto-
 licas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de
 65 indulto huiusmodi mentionem. † Volumus autem, quod fructus redi-
 ditus, & prouentus qui ex Sancti Ioannis, & Sancti Victoriani Mona-
 sterijs prædictis tempore vacationis eorundem prouenerunt, & impos-
 terum donec de personis idoneis prouisum fuerint, prouenient, post
 quam ex illis necessaria reparatio Monasteriorum prædictorum, & il-
 lorum Ecclesiarum iuxta illorum præsentem exigentiam, & necessita-
 tem extracta fuerit, in fabricam domorum pro Iacceñ. & Barbastren.
 Episcoporum habitationem construendarum conuertantur, & ero-
 gentur. † Ita tamen, quod si dicti fructus pro constructione præfata-
 rum duarum domorum non sufficient, dilecti filii communitates dicta-
 rum Ciuitatum de eorum proprio, iuxta promissionem quam dilectus
 67 filius nobilis vir ipsius † Philippi Regis apud nos Orator de præmissis
 68 per suam cedulam fecit, † supplere teneantur. Quodque Prioratum,
 & aliorum beneficiorum suppressorum huiusmodi per eos respectiue
 quibus

quibus illorum fructus applicantur congrue supportentur onera consueta, et si que illis cura immineat animarum nullatenus negligatur, sed per idoneos Vicarios diligenter exerceatur. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae aduocationis perpetui silentij impositionis, dismembrationis, separationis, reuocationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, decorationis, dimissionis, applicationis, appropriationis, statuti, decreti reseruationis, concessionis, assignationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius senoverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, quarto decimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto. Fer. Card. de Medicis Sec. M. Cœ. Glorierius. F. Fabrica. Registrata apud Cesarem Secretarium.

